



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

III [i.e. III]. Testimonium de peccato Originis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

III.

DE PECCATO

Originis.

Duo illustria testimonia doctrinae de peccato Originis in hoc Quinto capite obseruentur. Primum quod ait, Adam genuit filium ad imaginem & similitudinem SVAM. Deinde quod narrat Adam & omnes posteros morte extinctos esse. Atque hoc testimonium enarrat Paulus Rom. 5. Per unum hominem peccatum intrauit in Mundum, & per peccatum mors, & sic in omnes homines mors peruasit, eo quod omnes peccatum habent.

Diligenter autem in priori dicto, Emphasis in pronomine SVAM expendatur. Adam initio ad Dei imaginem conditus est, hoc est, ornatus luce & sapientia rectè agnoscente Deum. Deinde uoluntatis conuersione ad Deum. Postremo obedientia omnium uirium congruente cum iudicio legis Dei, quæ menti insita erat.

Nunc post lapsum horribiliter deformata imagine diuina, genuit Filium ad imaginem & similitudinem SVAM, hoc est, sibi similem, non solum lineamentis corporis & membrorum positu, sed etiam in omnibus animi conditionibus, uidelicet caligine, in mente auersione à Deo, seu uacuitate timoris, fidei, & dilectionis Dei in uoluntate, & contumacia

O. s. cordis,

cordis, propter quam reus est ira Dei, & mar-
 corporalis & aeternae, nisi fuerit consecutus ven-
 sionem peccatorum propter uenturum Semen.

Adiungendum est igitur hoc dictum ad reliqua
 testimonia, quae docent carnali generatione propa-
 gari in posteros, naturae corruptionem, propter
 quam, nati, ad iram Dei & aeternas poenas obliga-
 tur. Rom. 5. Per unius delictum propagatum est ma-
 lum in omnes homines ad condemnationem. Epist.
 Erasmus naturae filij irae. Psal. 51. Ecce in iniquita-
 bus conceptus sum. Et infra Genes. 6. & 8. Cogitatio
 humani cordis mala est à pueritia.

Referatur etiam ad hunc Genes. locum il-
 lustrandum Collatio Adam & Christi, quae Rom. 7.
 1. Corinth. 15. à Paulo instituitur.

IIII.

DE IMMORTALITATE & Vita aeterna.

Maxime illustre testimonium de Immortalitate
 de restitutione corporum, et de uita perpetua, in quo
 pij uelut in portu eluctati ex huius uitae miserijs
 quiescent, est Filius Dei Dominus noster Iesus Chris-
 tus, qui non solum uiua uoce restitutionem corporum
 et uitam aeternam post hanc uitam praedixit, & affir-